



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

25. Septembris. Summa Dei bonitas, immensus amor, charitâsque paterna ad perfectionem nobis sponte largiendam, quàm nos ad eam vestigandam, paratior est. S. Ignat. Epist. ad Hispan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

25. Septembris.

*Summa Dei bonitas, immensus amor, charitasque paterna ad perfectionem nobis fonte largiendam, quam nos ad eam vestigandam, paratior est.* S. Ignat. Epist. ad Hispan.

**F**ons perpetue venâ ubertim manans Deus est, paupertatem nostram locordix debemus, quòd ad fontem hunc non accedamus. Gaudet ille benefacere: cum enim munificus est, Deum se exhibet.

Parsonia nostra magna Deo est injuria: vel enim pauperem credimus, vel illiberalem, utrumque cogitare, blasphemia fit. Nec voluntas illi deest, nec facultas. Qui minùs accipit, minùs desiderat.

Beneficia Dei vincula sunt, qui hæc accipit, amittit libertatem; felix captivitas, quâ Deo adhæremus! nos illi, & illum nobis per imitationem jungimus, tantò perfectiores, quantò Christi moribus propiores.

Virtutis basis processus est: nemo in bono stare potest; vel progredi debet, vel regreditur. Semper nitendum est adversùs torrentem, ne undæ, fluctuùmq; vi repulsi sorbeamur.